

injunctis obligationibus et Indulgentias per hujusmodi privilegia Apostolica concessas animabus Fidelium in purgatorio existentibus suffragari perinde, ac si celebratae fuissent Missae defunctorum ad formam dictorum privilegiorum et alias, prout in ejusdem *Alexandri* Praedecessoris Literis desuper in simili forma Brevis die 22. Jan. 1667 expeditis, quarum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis et insertis haberi volumus, uberius continetur. Cumque (sicuti ad aures nostras pervenit) etiam dubitetur: Utrum dictarum literarum dispositio quoad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadae diebus et ad quae Missae non ex obligatione, sed ex sola Fidelium devotione celebrantur, locum habeat: Hinc est quod nos dubitationes hujusmodi ex injunctae nobis coelitus pastoralis sollicitudinis munere dirimere pariter utque decidere cupientes, de *Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium praepositorum S. Ritibus*, qui rem mature perpenderit, consilio, declarationem a memorato *Alexandro* Praedecessore, sicut praemittitur, editam, ad Altaria, ut praefertur, son in perpetuum, sed ad Septennium aeu aliud brevius vel longius tempus, qe non omnibus, sed aliquo vel aliquibus tantum hebdomadae diebus, nunc et in futurum quodcumque privilegiata, auctoritate Apostolica, tenore praesentium, extendimus et proinde, ut Missae, quae ibidem de Festo currente, in quo Missae defunctorum celebrari non possint\*), sive ex obligatione sive ex sola fidelium devotione, celebrantur, ita ut animae Christifide-

\*) De missis de Req. infra octavas et dominicas eas prohibentes celebrandis in altari privil., vel.: *Altare privil.* (decr. n. 3158.)

lium, pro quibus celebratae fuerint, Indulgentias per privilegia hujusmodi concessas consequantur in omnibus et per omnia, perinde ac si Missae defunctorum ad formam eorumdem privilegiorum celebratae fuissent, auctoritate et tenore praedictis, concedimus et indulgemus. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, non obstantibus etc.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris. Die 23. Sept. 1669. Pontificatus nostri anno tertio.

#### Constitutio Innocentii PP. XI.

(Bull. r. t. XI. p. 596.)

Alias postquam fel. rec. *Alexander PP. VII.* Praedecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis die 22. Jan. 1667 expeditas Literas Dubia in diversis mundi partibus occasione Decreti *Congregationis tunc existentium S. R. C. Cardinalium S. Ritibus praepositorum die 5. Aug. 1662* emanati et ab ipso *Alexandro* Praedecessore approbati, de non celebrandis Missis defunctorum in festis ritus duplicis, exorta dirimere cupiens, inter cetera quoad Altaria privilegio Apostolico pro Animabus fidelium defunctorum in perpetuum decorata et in quibus proinde quotidie etiam in Festis ritus duplicis celebrandae fuissent Missae defunctorum ex obligatione, declaraverat per celebrationem Missarum de festo currenti satisfieri injunctis obligationibus et indulgentias per ejusmodi privilegia Apostolica concessas animabus fidelium defunctorum in Purgatorio existentibus suffragari, perinde ac si celebratae fuissent Missae defunctorum ad formam dictorum privilegiorum :

Recolendae memoriae *Clemens Papa IX.* pariter Praedecessor noster aliam subinde ortam dubitationem: utrum scilicet dictarum *Alexandri* Praedecessoris literarum dispositio quoad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum nec pro omnibus hebdomadae diebus et ad quae Missae non ex obligatione sed ex sola fidelium devotione celebrarentur, locum haberet similiter, tollere desiderans, declarationem a memorato *Alexandro* Praedecessore, sicut praemittitur, editam ad Altare, ut praefertur, non in perpetuum sed ad Septennium, seu ad aliud brevius vel longius tempus, ac non in omnibus sed aliquo vel aliquibus tantum hebdomadae diebus tunc et in futurum quodcumque privilegiata, auctoritate Apostolica, extendit et proinde ut Missae, quae ibidem de festo currenti, in quo Missae defunctorum celebrari non possent, sive ex obligatione sive ex sola Fidelium devotione celebrandae essent, suffragentur, ita ut Animae Christifidelium, pro quibus celebrarentur, Indulgentias per privilegia hujusmodi concessas consequerentur, in omnibus et per omnia perinde ac si Missae defunctorum ad formam eorumdem privilegiorum celebratae fuissent eadem Auctoritate concessit et indulsit et alias prout in ipsius *Clementis* Praedecessoris Literis etiam in forma Brevis die 23. Sept. 1669 desuper expeditis, quarum et praefatarum *Alexandri* Praedecessoris Literarum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis et insertis volumus, uberius continetur. Cum autem postmodum, sicut accepimus, novum circa praemissa excitatum fuerit Dubium, videlicet: an supradictae *Alexandri* et *Clementis* Praedecessorum declarationes sibi pariter locum vindicarent, etiam in diebus Dominicis, infra Octavas Paschalis Resurrectionis, Pentecostes et

Corporis Christi aliisque diebus, quibus, licet a Festo duplici non impediuntur, adhuc Missae defunctorum juxta ritum et morem Ecclesiae celebrari nequeunt, quatenus nimirum Missae, quas iisdem diebus celebrare licet, servata ceteroquin dictorum privilegiorum forma, ad praefata Altaria celebrarentur; nosque dubium hujusmodi Congregationi VV. Fratrum nostrorum S. R. E. Card. S. Ritibus praepositorum examinandum commiserimus, ac eadem Cardinalium Congregatio, re mature discussa, nuper per suum Decretum die 3. Apr. proxime praeteriti praefatas *Alexandri* et *Clementis* Praedecessorum declarationes intelligendas esse pro omnibus diebus, quibus juxta Rubricas Missae defunctorum celebrari non possunt, responderit; hinc est, quod nos commissae nobis coelitus dispensationis munere fidelium defunctorum animarum in Purgatorio existentium suffragiis peramplius consulere cupientes, Decretum hujusmodi a memorata Cardinalium Congregatione editum, ut praefertur, Apostolica auctoritate, tenore praesentium confirmamus et approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robor adjicimus; salva tamen semper in praemissis auctoritate supradictae Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri ac obtinere. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris.

Die 4. Maji MDCLXXXVIII., Pontificatus nostri anno XII.

Decreta autem S. R. C. in praefatis Literis in forma Brevis laudata habentur suis apte locis, scilicet n. 2177, 2178, 2304, 2488, 3158.

δ) In Duplicibus ad libitum.

*Ad dubium:* An in ecclesia paroch., ubi est altare privileg. pro Defunctis,

*sionis a Divinis poenis districtius inhibentes, ne deinceps presbyteri graeci, praecipue uxorati, latino more, et latini graeco ritu missas et alia divina officia celebrare vel celebrari facere praesumant.*

Datum Romae ap. s. Marcum die 20. Aug. 1566.

(Bull. mag. rom. tom. II. p. 205 ed. Luxenb.)

*Benedictus PP. XIV.*

Cum in s. gen. Florent. Concilio praescriptum sit, ut unusquisque Sacerdos Eucharistiam juxta ecclesiae suae ritum sive latinae sive graecae in Azymo seu Fermentato conficere debeat, vetitumque a SS. Rom. PP., ne latinus Sacerdos graeco ritu aut graecus latino ritu utatur; districtius inhibemus, etiam sub poenis perpetuae suspensionis a Divinis, ne presbyteri graeci latino more et latini graeco ritu sub quovis licentiarum et facultatum missas et alia divina off., Graeci latino more et Latini graeco ritu celebrandi ab ap. Sede vel ejus legatis ac etiam majori Poenitentiario pro tempore existente obtentorum praetextu missas et alia divina off. celebrare vel celebrari facere praesumant.

*Constit. Bened. XIV. die 26. Maii 1742.*

(Bull. r. t. XVI. p. 98.)

*Benedictus PP. XIV.*

Abbatibus Monaster. graec. Ritus ad missam Graeco ritu celebrandam tenentur sub superioribus eccles. poenis et censuris etiam privationis munerum et officiorum et vocis activae et passivae. Eidem pariter obligationi missam ritu graeco celebrandi et poenis et censuris obnoxios esse declaramus et mandamus Priores et Magistros monasteriorum ritus graeci, cum una aut duae missae, quae lat. ritu juxta ap.

Constit. in ipsis ritus graeci Monasteriis, in quibus sex vel plures Monachi reperiuntur, celebrari possint, per monachos simplices non graduatos celebrari debeant.

*Constit. Bened. XIV. ad Monach. Ord. s. Basilii die 20. Apr. 1751. (Bull. r. t. XVIII. p. 207.)*

**72) De Rosario.**

Vd.: *Rosarium; Missa de Carmelo; Festum B. V. M. de Monte Carmelo.*

Si Missa fuerit approbata a Sede Apostol. vel a S. R. C. poterit celebrari cum Gloria. n. 351 ad 12 die 19. Maii 1607.

Missa Rosarii et de Carmelo non sunt vigore Decreti permissae omnibus Regularibus, sed *Missa Rosarii pro Dominicanis* tantum et non aliis fuit approbata vel permissa. n. 772 ad 12 die 23. Oct. 1628; n. 892 ad 1 die 13. Jan. 1631.

Capellanus deputatus ad Capellam Rosarii in Ecclesia Colleg. existentem non potest celebrare missam de Rosario ad instar fratrum s. Dominici. n. 862 ad 1 die 8. Junii 1630.

*Ad dubium*: an in Ecclesiis, in quibus reperiuntur erecta altaria seu capellae in honorem Rosarii B. V. M., quotannis dominica prima Octobris possit celebrari festum SS. Rosarii sub duplici majori? S. C. resp.: potest celebrari cum officio et Missa B. V. M. sumendis tamen e Breviario et missali romano, non autem propriis de Rosario Ordini tantum Dominicano indultis. n. 1876 die 16. Mart. 1658.

*Ad dubium*: An occurrente die tertia Octobris, in qua ex pervetusta consuetudine celebratur cum cantu Missa Beatae Mariae Virginis votiva de tempore in Solemnitate Sanctissimi Rosarii, Missa decantari debeat de Sanctissimo Rosario vel Votiva de tempore? S. C. resp.: Detur decr. in una Bahien. diei

26. Jan. 1793 ad 2 nimirum: Celebrandam esse Missam festivitatis tanquam non votivam. n. 4670 ad 2 die 12. Novb. 1831.

**73) In Sabb. Sancto.**

Vd.: *Sabb. s.; Prophetiae.*

**74) Sacerdotis simulantis vel inhab.**

Vd.: *Sacerdos simulans vel inhab.*

**75) Coram SSmo exposito.**

a) Altare.

Cf.: *Missa de SS. in exp. et rep. SSmo.; Instructio Clementina §. XII.; Missa conv. cor. SSmo expos.*

Missam in altari majori, ubi est expositum publice SS. Sacramentum, non licet celebrare, praesertim si in Ecclesia adsunt alia altaria, in quibus celebrari possit. S. R. C. 9. Aug. 1630.

Non licere missas celebrare in altari Capellae majoris Ecclesiae Confratrum Societatis Boni Jesu Bononiae, exposito in eodem SS. Sacramento, slante praesertim, quod adsint alia altaria, in quibus celebrari possint. n. 2508 die 9. Aug. 1670.

Non debet celebrari missa in altari, ubi est expositum SS. Sacramentum, nisi sit pro eo reponendo; et si ex necessitate fieri opus esset, populus est benedicendus more consueto et non cum SSmo. n. 2542 ad 6 die 13. Junii 1671.

Quum hodiernus Aedituus Cathedralis Feretranae S. R. C. humill. rogavit, utrum servari possit consuetudo, in feriis 2., 3. et 4. major. hebdomadae celebrandi missam in eodem altari, in quo publicae adorationi SS. Sacramentum est expositum? S. C. resp.: Consuetudinem tamquam abusum eliminandum. n. 4811 die 11. Mart. 1837.

*Missa cor. SSmo pro Def.*, vd.: *Missa (fundat. pro defunct.)*

b) Quae?

Vd.: *Instructio Clem. §. XII. n. 8 etc. Cl.: Missa pro repon. et exp. SSmo; Missa in dominica infra octav. Corp. Chr. aut alia per annum; Missa votiva de SSmo.*

Ubi primae dominicae singulorum mensium, in quibus facienda est sol. expos. SSmi, fuerint privil. primae vel 2. cl., cantanda est missa de iisdem dominicis cum orat. de SSmo sub unica conclusionem. n. 4387 ad 1 die 27. Jan. 1778.

c) Solemnis.

Vd.: *Instructio Clem. §. XXX. n. 7; Missa vot. de SSmo.*

**76) De SS. Sacramento.**

a) Color paramentorum.

In festis principalioribus et aliis SSmi Sacramenti nullo modo posse celebrari cum paramentis rubeis sed tantum in paramentis albis juxta ritum rom. n. 3012 die 23. Jan. 1683.

b) In exposit. et repositione SSmi.

Vd.: *Instructio Clem. §. XII. n. 2, 3, 15, 16 etc. 24; de Gloria et Credo: §. XII. n. 10, 15; Indiebus octavae: §. XII. n. 11 etc. (Cl.: Commemor. SSmi); de hora: §. XII. n. 13 etc.; de causa: §. XII. n. 26; §. XIV. n. 1 etc.; Missa coram exp. SSmo (altare); Missa pro re gravi (decr. de 12. Sept. 1840); Missa vot. de SSmo.*

Quando exponitur SS. Sacramentum in altari pro initio 40 hh. vel spiritual. exercitationum, si accidat in festo I. aut II. cl. sive in dominica privil. I. vel II. cl., tunc in Collegiatis vel duae cantentur missae, una de festo seu de dominica post Tertiam, altera votiva de SSmo post Nonam, vel una cantetur de die cum Commem. SSmi. S. R. C. 13. Febr. 1666.

## c) In domin. infra oct. Corp. Chr. aut alia dominica.

Vd.: *Missa cor. exp. SSmo* (quae?); *Processio in dominica infra octav. Corp. Chr.*; *Processio Corp. Chr.* (transl.); *SS. Corp. Chr.*

*Ad dubium*: An in dominica ipsa Octavae Corporis Chr. aut alia designata per annum, in quibus recitatur Officium ritus dupl. et solet fieri Processio SSmi Sacramenti per diversas Parochias et Ecclesias Civitatis, ut in Festo Corporis Christi, et certum ac designatum diem habet cum concursu populi ejusdem Parochiae, debeat Missa celebrari pro re gravi de SSmo Sacramento post Nonam vel dici de Dominica aut Festo cum commemoratione SS. Sacramenti?

S. eadem R. C., exquisita prius sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris eaque typis etiam vulgata, referente Emo et Rmo D. Card. Antonio ab Auria Ponente rescripsit: In omnibus juxta sententiam ejusdem Magistri caeremoniarum, cujus libellum tradi Oratoribus pro norma mandavit.

Ejus autem sententiae haec est summa:

„Missa dici debet de Dominica aut Festo occurrente cum commemoratione SS. Sacramenti.“

Et ita servari declaravit. n. 4469 die 10. Sept. 1796.

*Ad dubium*: An in Eccl. minoribus, ubi extra Oct. celebratur Festum SSmi Corp. Chr., Missa esse debeat de Festo occur. cum com. SSmi Sacramenti, vel Missa de infra Oct. SSmi Corp. Chr. cum unica Oratione, *Gloria*, *Credo* et Praefatione de Nativitate?

S. eadem C. ... respondendum censuit:

„De Festo occur., nisi habeatur Indultum.“

Atque ita rescribere rata est et declarare. n. 5102 ad 13.

Die 11. Sept. 1847.

*Ad dubium*: An in Parochiali aliqua Eccl., in qua Festum SSmi Corp. Chr. instituitur alterutra ex insequentibus Dominicis ex Ordinarii venia, Missae celebrari possint propriae SSmi Sacramenti, vel saltem unica Missa solemnibus, ex eo potissimum, quia Dalmaticae et Tunicellae non habentur alterius coloris respondentis Officio, quod persolvitur. Et quatenus id fieri non liceat, Parochus Orator pro sua Eccl. Apostolicum ad id Indultum instanter exquirat.

Et S. eadem C. ... respondendum censuit:

„Pro gratia unius Missae solennis de SSmo Sacramento in introscripta Eccl. tantum.“

Atque ita rescripsit propositaque Dubia rata est declarare. n. 5146 ad 2 die 7. Sept. 1850.

## d) Feria quinta.

Vd.: *SS. Sacramentum* (Officium); *Credo in missa de SSmo fer. V.*; *Missa votiva pro re gravi* (decr. de 12. Sept. 1840); *Missa votiva de SSmo*.

Relictum fuit in Ecclesia Cathedr. Syracus. Legatum cum onere celebrandi qualibet fer. V. Missam de SSmo et faciendi cum eo processionem post missam; an liceat continuari? S. C. resp.: posse, dummodo non ommittatur ea die Missa conventualis. n. 962 die 21. Junii 1632.

In regulis (quae generales sunt) ad Missale Fratr. Minor. subjectis S. C. declaravit: Qualibet fer. V. (extra Adv. et Quadrag.) non impedita Officio novem Lectionum, missa conventualis erit de SSmo, prout ponitur in miss. rom. post Commune SS., in qua non dicitur *Sequentia* sui propria, neque *Credo*, nec *Alleluja* in Introitu, Offert. et Postcommunio (excepto tempore Paschali) 2. Or. *Acunctis* vel alia pro diversitate temporis. n. 2362 ad 3 die 13. Febr. 1666.

De dicendo *Credo* cf.: *Missa vot. B. V. M.* in Sabb. (decr. n. 4227.)

## 77) Solemnis.

## a) Abbatis et Dignitarii.

## I. Lumina.

Cf.: *Dignitas*; *Candelabr. sept.*; *Usus Pontificalium*.

Super Altari sex tantum et non septem candelabra cum totidem candelis locentur, quando Abbates solemniter celebrant. n. 531 die 18. Mart. 1617.

Celebrante Praeposito pro Episcopo accendi debent in altari sex luminaria. n. 1707 ad 1 die 20. Junii 1654.

## II. Quae parantur.

*Ad dubium*: An Decano Cathedr. Tropien. functiones solennes facienti vel alias solemniter in diebus pontificalibus celebranti debeantur privative quoad alios Canonicos et etiam Dignitates Casula, alia sacra Indumenta et caetera necessaria ad Missae Sacrificium cum magnis pulvinaribus, tapete, cereis distinctis tam in Altari, quam in candelabris a ceroferiis deferendis, abacum in Presbyterio cum assistentia Presbyterorum antiquiorum in munere Diaconi et Subdiaconi pretiosiora et distincta ab aliis, quibus utuntur dicti Canonici et Dignitates solemniter celebrantes, in casu etc.?

Et S. eadem R. C. rescribendum censuit:

„Negative.“

Et ita decrevit et servari mandavit. n. 3884 ad 2 die 21. Martii 1716.

## b) Episcopi.

## (Lumina.)

Vd.: *Candelabrum septimum*; *Ordinatio* (lumina).

Decreta authentica. Tom. II.

## c) Coram Episcopo.

Vd.: *Reverentia erga Episcop.*

Finita Missa, quae celebratur coram Episcopo, Sacerdotem et Ministros debere expectare a latere altaris benedictionem Episcopi, antequam discedat ab altari. n. 374 ad 7 die 15. Mart. 1608.

Episcopo *sine cappa* assistenti, non sunt solenni ritu praestanda a Ministris altaris et Canonicis, quae Pontificale ei *cum cappa* assistenti exhibenda praescribit. n. 133 ad 6 die 2. Sept. 1597.

## d) Pontificalis.

(Ministri.)

Vd.: *Diaconus*; *Canonici*; *Diaconi assist.*; *Assistens*; *Ministri in Pontificalibus*.

## e) Quae est?

(Ministri.)

Vd.: *Diaconus* (in miss. sol.); *Canonici* (ut Ministri); *Instructio Clem.* §. XV. n. 1 etc.; §. XXX. n. 7 etc.; *Vox submissa*; *Missa sol. de Req. in die obit.* (abs. cadav., decr. n. 4859 ad 7.)

## f) Translato Officio.

Occurrente ut plurimum prima Dominica mensis Maji Festo SS. Apostolorum Philippi et Jacobi vel S. Joannis ante Portam Latinam sive Inventionis S. Crucis, sive Dominica in Albis, in qua a Capitulo et Canonicis Ecclesiae Collegiatae S. Anastasiae Urbis ex speciali Brevi S. M. Innocentii P. XI. dictae Ecclesiae concessio recitatur Officium cum Missa B. Turribii Archiepiscopi Limani, ac pariter eadem die magno populi concursu fideles coelesti mensa reficiuntur, idem Capitulum et Canonici S. R. C. demisse supplicarunt pro

celebrari possit a sacerdotibus confluentibus Missa de Req. in die alicujus Sancti *duplicis ad libitum*, ex quo ejus Officium a parochio recitatur? S. C. resp.: In casu proposito, cum officium sit ad libitum quamvis sub ritu dupl., posse sacerdotes confluentes celebrare missam de Requ. n. 3251 die 24. Nov. 1691.

ε) Infra oct. Nat. D.

Prohibendas esse missas privatas vot. et defunctor. in Vigilia et infra octavam Nativ. Dom. n. 3754 ad 2 die 25. Sept. 1706; 14. Sept. 1714\*); die 28. Sept. 1675.

Vd.: *Praefatio in miss. vot.* (decr. n. 3754); *Annivers.* (dies anniv. ex dispos. testat., decr. n. 2847.)

ζ) Infra octav. solem.

Vd.: *Missa de Req. privata in dupl.* (decr. n. 1672); *Vigiliae Epiphaniae*; *Indulgentia altaris privil.* (decr. n. 4780 nota); *Missa de Req. priv.* (cor. SSmo); *Annivers.* (dies anniv. ex dispos. test. decr. n. 2847.)

Infra octavam SS. Corp. Chr. prohibentur missae votivae quaecumque vel pro defunctis. S. R. C. 21. Jun. 1670 (Bull. r. t. VIII. p. 438 Constit. Clem. XI. 29. Sept. 1714).

Ad augendam fidelium venerationem erga augustiss. Sacramentum ejusque cultum in toto orbe terrarum promovendum prohibentur missae vot. vel pro def. infra octav. Corp. Chr. S. R. C. 15. Sept. 1714.

In festis dupl., infra oct. Epiph., Pasch., Pentec. et Corp. Chr. ac in tota hebdom. maj., fer. IV. Cinerum, vigilia Pentecost. ac Nativit. D. missa priv. vot. vel de Req. nec ullo modo licet. S. R. C. die 28. Sept. 1675.

η) Obligatio.

Vd.: *Sacerdos caecut.* (decr. n. 4594); *Indulg. alt. priv.* (Color par. t. I. p. 669.)

Diebus, quibus dici possunt missae vot. priv. vel def., Sacerdos ad illas

\*) Bull. r. t. VIII. p. 438 Constit. Clem. XI. 29. Sept. 1714.

obligatus ratione foundationis vel accepti manualis stipendii, propriae obligationi non satisfacit dicendo missam de die currente; expressa enim voluntas Testatorum vel postulantium, dummodo sit rationabilis, debet adimpleri. n. 4299 ad 14 die 3. Mart. 1761.

*Ad dubium*: an videatur magis consonum dicere missam de festo in altari privil. singulis diebus, cum in Ecclesia (Monialium) quotidie fieri soleat s. communio, quae in param. nigris fieri nequit? S. C. resp.: Negative. n. 4348 ad 1 die 15. Julii 1769.

*Ad dubium*: In variis Dioecesisibus Belgii juxta doctrinam in Seminariis traditam usus invaluit, ut his diebus, quibus per Rubricas licet Missas de Requie et votivas celebrare, Sacerdotes Missas privatas oblato manuali stipendio pro uno vel pluribus defunctis vel votivam in hon. alicujus Mysteriorum vel Sancti habentes, celebrent conformes Officio, quod illa die recitantur ad satisfaciendum susceptae obligationi, dummodo Fideles expresse non rogaverint dici Missas de Requiem vel votivas. Usus iste nititur in primis Rubricae Missalis art. IV. de Missis votivis n. 3, quae praescribit, ut, quoad fieri potest, Missa cum Officio conveniat; deinde auctoritati S. Alphonsi Mariae de Ligorio, qui in Theologia *Morali lib. 6 tract. 3 n. 422* dicit communissimam et probabilem esse hanc sententiam. Petitur ergo: an praefati Sacerdotes satisfaciant suae obligationi? et quatenus negative, ut dignentur Emi P. condonationem impertiri pro Missis tali modo exoneratis.

Et S. eadem C. rescribendum censuit: „Affirmative quoad Missas pro Defunctis juxta Generale Decretum diei 5. Aug. 1662 in reliquis negative et quoad praeteritum unusquisque consulat conscientiae suae.“

Atque ita rescripsit ac servari praecipit. n. 4897 ad 7 die 12. Sept. 1840.

o) Coram SSmo Sacramento.

Cl.: *Color paramentor. etc., Missa de Req. in die obitus cor. SSmo.*; *Missa de Req. privata* (Infra oct. sol.); *Indulg. alt.* (dies, in quibus per missam de festo etc., decr. pro Dioec. Limburg.)

Durante expositione SSmi occasione 40 hh. in tali Ecclesia celebrari non potest Missa priv. de Req., quando alias dies ipsa eam admittit. Idem de missa cantata de Requiem pro implenda mente testatoris sive anniversario satisfaciendo. n. 3073 ad 5 die 2. Decb. 1684; n. 3422 die 27. Apr. 1697.

In expositione SSmi occasione 40 hh. in die Commem. Omn. fidel. def. licet celebrare missam sol. et etiam privatam itidem defunctorum. n. 4477 ad 1 die 16. Sept. 1801.

Vd.: *Instructio Clem. §. XVII. n. 1-8*; n. 9-16.

Missae de Requiem extra altare, ubi est expositum SSmum etiam in pyxide, poterunt celebrari, dummodo lamena oratio coram SSmo non sit ex publica causa. n. 4181 ad 9 die 7. Maii 1746.

In Altari, ubi est expositum SS. Sacram., licet in pyxide tantum, omni tempore prohibentur missae de requiem tam privatae quam sol. Die 21. Junii 1670; 12. Sept. 1671.

Cathaniensis.

Sodalitas SSmi Sacramenti erecta in Collegiata Ecclesia Civitatis Aci-Reale in Dioecesi Cathaniensi expostulat facultatem decantandi Missam de Requie cum SSmo Sacramento exposito in Altare laterali.

Sacrorum Rituum Congregatio rescripsit: „Obstat Instructio Clementis XI. nec non Decreta Sacrorum Rituum Congregationis.“ Die 19. Decb. 1829 n. 4650.

NOTA GARDELLINI AD HOC DECRETUM.

Instructio Clementina haec habet §. XVII. num. 1.: *Non si celebrino Messe di Requie nel tempo che durera l'Orazione delle Quarant'ore.* In Instructionis verborum adnotationibus n. 1 haec subjicitur ratio: *Dedecet enim, quod cum lugubri apparatu celebrentur Defunctorum Missae, ubi Sacramentum est triumphaliter expositum, praesertim (en alia ratio), quia in his haud adjici potest commemoratio Sacramenti, quam in Missis votivis omnibus, si per Rubricam liceat, eadem Instructio demandat.* Scio equidem nonnulla S. R. Congregationis Decreta reperiri, quibus videtur non absolute prohiberi Defunctorum Missas, idque erui quodammodo posse ex verbis, quibus eadem S. Congregatio usa est in una Canonicorum Regularium Lateranensium sub die 12. Decembris 1684 et in altera Eugubina 27. Aprilis 1697. Legitur enim in prima: *regulariter negative*: in altera vero: *congruentius abstinendum*, ex quibus utriusque Responsionis verbis tam Cavalerius quam Tetanus in ea sunt sententia, ut absolute hujusmodi Missarum prohibitio non eruatur, licet per eos etiam satius sit eas non celebrari. Sed advertendum hac in re est, haec Decreta, quae de congruentia, de regularitate quoad non celebrationem loquuntur, Instructionis Clement. promulgationem praecessisse, atque hinc quod posteriori Lege in contrarium statuta sunt contra haec ipsa esse non posse, nec legem nec regulam posse efformare; hinc si absolute non prohibentur a Decretis Congregationis anterioribus, per ipsam Instructionem prohibentur, quae et vim regulae habet et Legem constituit, qua Constitutione, qua regula, qua lege ea ipsa Decreta revocata atque abrogata censerent jure possunt ac debent: nihil enim clarius dici potest, ut inde pa-

teat absoluta prohibitio: *Non si celebrino le Messe di Requie*: quae quidem verba omnem excludunt, si qua esse posset, ambiguitatem et praeceptum de non celebrandis hujusmodi Missis includunt in iis saltem Ecclesiis, quas Instructio Clementina respicit. At reponet fortasse quis, haec Instructio de Ecclesiis loquitur, in quibus Sanctissimum Sacramentum in forma Quadraginta horarum est expositum, pro quibus apposite edita est; non sequitur hanc legem aliis etiam Ecclesiis aptari debere, in quibus quocumque alio modo est expositum. Nemo ignorat praecipuum hoc esse Clementinae Instructionis objectum, sed, si quid video, alias etiam expositiones cum SSmo Sacramento includit. Et sane S. R. Congregatio Anno 1726, cum jam nempe suam mutavit post Clementinam Instructionem sententiam, in una Varsoviensi, respondit: *Missae de Requie extra Altare, ubi est expositum Sanctissimum Sacramentum, potuerunt celebrari, dummodo tamen Oratio cum Sanctissimo Sacramento non sit ex causa publica.*

Hac responsione S. Congregatio occurrit dubio, quo quaesitum est: *An permitteret Rubrica celebrari Missas de Requie durante expositione Sanctissimi Sacramenti in Pyxide?* Jam quis non videt differentiam inter expositionem Sanctissimi Sacramenti in Pyxide et aliam in Throno sive umbella? Haec aliquam semper habet solemnitatem, ut demonstrat ipse expositionis modus, cui etiam saepe conjungitur publica causa, illa vero nullam vel publicam causam vel solemnitatem, ut plurimum saltem, praesefert. Hoc posito discrimine, videt per se quisque permissis hujusmodi Missis *taxative* dum Sanctissimum Sacramentum est expositum in Pyxide, indirecte quidem, sed non obscure hac responsione prohiberi *Missas de Requie*, cum Sa-

cramentum est expositum in Throno eo vel magis, 1. quia singulari dubio de Sanctissimo Sacramento in Pyxide respondit, 2. quia publicum excipit bonum, in quo semper est quaedam solemnitas. Insuper ut non inopportune quod rem nostram pertinet, advertit Auctor Adnotationem ad Instructionem Clementinam: *dedecet quod cum lugubri apparatu celebrentur Missae Defunctorum*, ubi expositum est triumphaliter Sanctissimum Sacramentum. Jam si dedecet has Missas tali in casu celebrare, quid dicendum de Missis *de requie* cum cantu, quo nihil solemnius in luctu dici potest, nullus apparatus magis lugubris esse potest? Haec in luctu ipso solemnitas, hic lugubris apparatus directe adversaretur solemnitati expositionis. His addendum, si Missae, praesente Cadavere, exposito Sanctissimo Sacramento prohibentur, quid dicendum, si haec, absente cadavere, cum cantu celebrarentur? Vigeret semper et alia ratio de commemoratione Sacramenti in Missis omnibus privatis, quae, cum per Rubricam addi potest, omnino non est omittenda, quaeque hoc in casu deberet omitti: qualitas enim Missae illam excludit. Vigeret denique ratio ex fine desumpta, quo fiunt expositiones quocumque modo solennes, qui est ut Fideles in tanti Sacramenti institutionis meditatione immorentur, in illius Auctoris charitate admiranda, in Christi recolenda Passione et in eo, quod nobis per ipsum datum est, aeternae gloriae pignore considerando, a quo tam excellenti fine mens abstraheretur, si eo, quo Sanctissimum Sacramentum veneremur tempore, ad aliud per lugubrem cantum Defunctorum Missae vocaremur. Multa his addi possent, sed finis sit et qui plura desiderat adeat Cavalerium, Tetamum, Instructionem Clementinam et subiectas adnotationes, quibus haec quae hactenus dicta sunt, confirmantur.

p) Solemnis (Abbreviatio).

In solemnibus Missis de Requie non potest aliquid brevitate causa committi de eo, quod notatur in Graduali, sed Missam esse cantandam prout jacet in Missali. n. 923 ad 5 die 5. Julii 1631.

*Quo die Missa de Requ. solennis celebr. sit?* Vd.: *Missa de Requ.* (Cantata sol.)

71) Ritus non mutandus.

Cf.: *Ritus; Credo; Nativ. Dom.* (missae ritus); *Missa sol. cor. exp. SSmo* (ritus); *Sacerdos inhabilis; Missa* (altare); *Ritus graec.*

Ab Episcopo Aretino casus sequens est expositus: Accedit Sacerdos ad altare, dum regreditur processio ad Ecclesiam, procedit usque ad Offertorium Sacerdos ut in missa privata; sistit vero usque adeo omnes de choro ad proprium stallum pervenerint; tunc accedunt ad altare Diaconus et Subdiaconus, ut in missa solemnibus; incensantur Oblata et Clerus more solito; dein canitur Praefatio; post Consecrationem et Elevationem Calicis Diaconus et Subdiaconus omnesque de Clero recedunt et Celebrans ut in missa privata prosequitur. S. C. resp.: *Negative in omnibus* et Episcopus curet quam primum eam consuetudinem abscindi. n. 4406 die 19. Febr. 1782.

*Ad dubium*: utrum in missis festorum sol. ultra Diaconum et Subd. possint etiam pro majore decore adhiberi aliqui sacerdotes pluvialibus induti, qui una cum Celebrante, Diacono et Subd. faciant confessionem et majore eorum Celebranti praetintonat: *Gloria etc.* prout huc usque ex antiquissima consuetudine et traditione in Collegiata de Taggia observatum est et ut servari indicat Bauldry in Gallia? S. C. resp.: *Servandas rubricas missalis et Caeremonialis pro missis sol.* n. 3025 ad 4 die 24. Julii 1683.

*Ad dubium*: An Sacerdotes uti possint omnibus privilegiis etiam si nunc usque non usitatis, prout habentur in Bulla:

*Ad hoc nos Deus etc.* S. Pii V. diei 17. Dec. 1570 inserta ad caput Missalis Rom., ita ut e. g. possint Calicem cum Vino et Aqua praeparare in Altari ante initium Missae?

S. eadem C. . . . respondentum censuit: „Negative, sed quoad illa servandam consuetudinem.“

Atque ita rescribere rata est et declarare. n. 5102 ad 14.

Die 11. Sept. 1847.

Episcopus vigore Tridentini potest punire etiam censurarum poena sacerdotes tam saecul. quam reg. committentes indecentiam circa missae sacrificium. S. C. C. 16. Januarii 1849. (Bened. XIV. in Constit.: *Accipimus* 16. Jul. 1746.)

Qui prae timore vel balbutie non pronuntiat Evang. s. Joann., debet a Missae celebratione suspendi. S. R. C. 5. Jul. 1631.

*Pius PP. Quintus.*

Cum ad nostram notitiam pervenerit, quod nonnulli presbyteri tam graeci quam latini antiquum S. R. E. ritum tam in celebratione missarum quam aliorum divinarum officiorum pervertere satagentes, diversas licentias et facultates missas et alia divina officia, *Graeci latino more et Latini graeco ritu celebrandi* impetrarunt illisque jam pridem utuntur, *hunc ab usum ab Ecclesia extirpare et submovere volentes omnes et singulas licentias ex quibusvis causis quomodolibet concessas hac praesenti nostra perpetuo valitura constitutione revocamus, cassamus, annullamus et irritamus, quibusvis presbyteris tam graecis quam latinis in virtute s. obedientiae et sub indignationis nostrae ac perpetuae suspen-*